Laudent nomen eius in
tympano et choro et psalte

no psallant ei.
Quia bñplacitum est do
mino in populo suo et exul
tabit mansuetos in salute.
Exultabunt sancti in
gloria letabuntur in cubi
libus suis.
Exultaciones dei in gut
ture eorum et gladii ancipi
tes in manib; eorum.
Ad faciendam vindicta
in nacionib; increpaciones
in populis.
Ad alligandos reges eor
in compedibus et nobiles

eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudiciū
conscriptum gloria hec est
omnibus sanctis eius.
Laudate dominum in
sanctis eius laudate dominū
in firmamento uirtutis eiꝰ.
Laudate eum in uirtuti
bus eius laudate eum secū
dum multitudinem mag
nitudinis eius.
Laudate eum in sono tu
be laudate eum in psalterio
et cithara.
Laudate eum in tympa

no et choro laudate eum in
cordis et organo.
Laudate eum in cimba
lis bñsonantibus laudate
eum in cĩbalis iubilacionis
omnis spiritus laudet dñm
Añ. Pulcra est et decora filia ihe
rusalem terribilis es ut castrorũ
acies ordinata. Capitulum.
Viderunt istam filie
syon et beatissima
predicauerunt et regine lau
dauerunt eam. Deo gras.
Gloriosa domina hymnus.
Que excelsa super sidera

ra qui te creauit prouide
lactasti sacro ubere.
Quod eua tristis abstu
lit tu reddis almo germine
intrant ut astra flebiles
celi fenestra facta est.
Tu regis alti ianua et
porta lucis fulgida uita
data p uirginem gentes
redempte plaudite.
Maria plena gracie ma
ter misericordie tu nos ab
hoste protege et hora mor
tis suscipe.
Gloria tibi domine qui

natus es de uirgine cum pa
tre sancto spiritu in sempiter
na secula. Amen. antiphō.
Benedicta tu in mulieribus.
Et benedictus fructus uentris
tui. añ. Beata dei genitrix. p̄.
Benedictus dominus
deus israhel. quia vi
sitauit et fecit redemptione
plebis sue.
Et erexit cornu salutis
nobis in domo dauid pueri
Sicut locutus est sui.
p̄ os sanctorum qui a se
culo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis no-
stris et de manu omnium
qui oderunt nos.
Ad faciendam miseri-
cordiam cum patribus nr̄is
et memorari testamenti
sui sancti.
Iusiurandum quod iu-
ravit ad abraham patrem
nostrum daturum se nobis.
Et sine timore de manu
inimicorum nostrorum li-
berati serviamus illi.
In sanctitate et iustici-
a coram ipso omnibꝫ diebꝫ

nostris.
Et tu puer propheta altis
simi vocaberis preibis enim
ante faciem domini para
re vias eius.
Ad dandam scienciam
salutis plebi eius in remis
sionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordi
e dei nostri in quibus vi
sitavit nos oriens ex alto.
Illuminare hiis qui i
tenebris et umbra mortis
sedent ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

añ. Beata dei genitrix uirgo ma
ria templum domini sacrarium
spiritus sancti sola sine exemplo
placuisti domino nostro ihesu xpo
ora pro populo interueni pro cle
ro intercede pro deuoto femineo
sexu. Dñe exaudi oronem meã.
Et clamor meus ad ueniat. Oro.
Deus qui de beate ma
rie uirginis utero uer
bum tuum angelo nunciante
te carnem suscipere uoluisti.
Presta supplicibus tuis ut
qui uere eam dei genitricẽ
credimus eius apud te inter

cessionibus adiuuemur. Per
dnm. A. Omnium sanctorum.
Sancti dei omnes intercedere
dignemini pro nostra omniumque
salute. V. Letamini in domino
et exultate iusti. R. Et gloria
mini omnes recti corde. Oratio.
Protege domine popu
lum tuum et aposto
lorum tuorum petri et pau
li et aliorum apostolorum
patrocinio confidente perpe
tua defensione conserua. Per.
Omnes sancti Oratio.
tui quesumus dne

nos ubiqz letificent et adiuuēt
ut dum eorum merita recoli
mus patrocinia senciamus.
Et pacem tuam nostris con
cede temporibz. Et ab ecclesia
tua cunctam repelle nequiciā
iter et actus nostros et omnes
uoluntates nostras. Et om
nium famulorum nostrorum
in salutis tue prosperitate di
spone et omnibz benefactoribz
nostris sempiterna bona re
tribuas. Et omnibz fidelibz
defunctis requiem eternam
concede. Per dominum nrm.

ihm xp̄m filium tuum. qui
tecum uiuit et regnat deus
p̄ omnia secula seculorum
Amen. Benedicamus do
mino. Deo gracias. Fideli
um anime p̄ misericordiam
dei sine fine requiescant in pa
ce. Amen.

Ad primam.



Deus in adiuto
rium meum in
tende. Domine

ad adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio et spi
ritui sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula se
culorum amen. Cy sensuit
hymne a toutes les heures
du iour. Hympnus.
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex illiba
ta uirgine nascendo forma
sumpseris.
Maria mater gratie ma
ter misericordie tu nos ab

hoste protege et hora mortis
suscipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de uirgine cum pa
tre sancto spiritu in sempiter
na secula. Amen. antiph.
Assumpta est maria. psalmus.
Deus in nomine
tuo saluum me
fac et in uirtute tua iudica me
Deus exaudi orationem
meam auribus percipe uer
ba oris mei.
Quoniam alieni insur
rexerunt aduersum me et

fortes quesierunt animam
meam et non proposuerūt
deum ante conspectum suū.
Ecce enim deus adiuuat
me et dominus susceptor ē
anime mee.
Auerte mala inimicis
meis et in ueritate tua di
sperde illos.
Voluntarie sacrificabo
tibi et confitebor nomini
tuo dñe qm̄ bonum est.
Quoniam ex omni tri
bulatione eripuisti me et
super inimicos meos despe

rit oculus meus. psalmus.
Benedixisti domine
terram tuam auer
tisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem ple
bis tue operuisti omnia pec
cata eorum.
Mitigasti omnem iram
tuam auertisti ab ira indig
nacionis tue.
Conuerte nos deus salu
taris noster et auerte iram
tuam a nobis.
Numquid in eternum
irasceris nobis aut extendes

iram tuam a generatione in generationem.

Deus tu conversus vivificabis nos et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor.

Verumptamen prope timentes eum salutare ipsius ut

inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et ueritas
obuiauerunt sibi iusticia et
pax obsculate sunt.
Ueritas de terra orta est
et iusticia de celo prospexit.
Et enim dominus dabit
benignitatem in seculum et
terra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eum ambu
labit et imponet in uia gre
ssus suos. Psalmus.
Laudate dominum
omnes gentes lauda
te eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et ueritas domini manet in eternum. An. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. Cap.

Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulcra ut luna electa ut sol terribilis est ut castrorum acies ordinata. Deo gracias. V. Dignare me laudare te uirgo sacrata. R. Da michi uirtutem contra hostes tuos. Domine exaudi orationem meam. Et

67

clamor meus ad te veniat. Oro.

Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitare eligere dignatus est. Da quesumus ut sua nos defensione munitos iocundos nos faciat sue interesse commemorationi. Qui vivis. De omnibus sanctis.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omnium salute. V. Letamini in domino et exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster et aposto

lo[rum] tuo[rum] petri et pauli et ali
orum apostolo[rum] nos tuere p[re]
sidiis quorum donasti fide
les esse doctrinis. Alia oro.

Omnes sancti tui q[uaesumu]s do
mine nos ubiq[ue] leti
ficent et adiuvent ut dum
eorum merita recolimus pa
trocinia senciamus. Et pa
cem tuam nostris concede
temporib[us] et ab ecclia tua cunc
tam repelle nequiciam et iter
et actus nostros et omnes
voluntates n[ost]ras. Et om[n]i[um]
famulo[rum] tuo[rum] in salutis

tue p̄spitate dispone et omni
bus benefactorib; nostris sem
piterna bona tribuas. Et om
nib; fidelib; defunctis requiē
eternam concede. P̄ dominum
nostrum ihesum xpistum fi
lium tuum. Qui tecum uiuit
et regnat deus p̄ omnia se
cula seculorum. amen. Be
nedicamus domino. Deo gra
tias. Fidelium anime p̄ mise
ricordiam dei sine fine requie
scant in pace. Amen. Ad ter
ciam.



DEus in adiuto
rium meum in
tende. Domine



ad adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio et spiri
tui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula se
culorum amen. hymnus.
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex illibata
virgine nascendo formam
sumpseris.
Maria mater gratie mater
misericordie tu nos ab hoste
protege et hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui

natus est de uirgine cum pa
tre sancto spiritu in sempiter
na secula. Amen. Ant. Maria uirgo

Ad dominum cum tri
bularer clamaui et
exaudiuit me.

Domine libera animam
meam a labijs iniquis et
a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguam dolo

Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatorijs.

Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habita

cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.
Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis.
Levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino qui fecit celum et terram.
Non det in commocionem pedem tuum neque dormiet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit israhel.

Dominus custodit te do
minus protectio tua super
manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret
te neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab
omni malo custodiat ani
mam tuam dominus.
Dominus custodiat intro
itum tuum et exitum tuum
ex hoc nunc et usque in seculum.
Letatus sum ps.
In hiis que dicta sunt
michi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri

in atriis tuis ierusalem.

Ierusalem que edificatur
ut ciuitas cuius participacio
eius in id ipsum.

Illuc enim ascenderunt
tribus tribus domini testimo
nium isrl' ad confitendum
nomini domini.

Quia illic sederunt sedes
in iudicio sedes sup domu dd'.

Rogate que ad pacem sunt
ierusalem et habundancia
diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua et
habundancia in turrib; tuis.

Propter fratres meos et
proximos meos loquebar pa
cem de te.
Propter domum domini
dei nostri quesiui bona tibi.
Ant. Maria virgo assumpta est ad
ethereum thalamum in quo rex re
gum stellato sedet solio. Capit.
Et sic in syon firmata
sum et in ciuitate sanctifi
cata similiter requieui. Et in
ierusalem potestas mea. Deo
gratias. V. Diffusa est gratia
in labiis tuis. R. Propterea be
nedixit te deus in eternum. Or.

Deus qui salutis e
terne beate marie vir
ginitate fecunda humano
generi premia prestitisti tri
bue quesumus ut ipsam pro
nobis intercedere senciamus
per quem meruimus auctorem
vite suscipere dominum nostrum
ihesum xpistum filium tuum qui
tecum vivit et regnat deus
per omnia secula seculorum.
Amen. Benedicamus domino.
Deo gracias. Commemoracio.
de sanctis. ant. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro nostra

oīm q̄ salute. ℣. Letamini in do
mino et exultate iusti. ℞. Et gloria
mini omnes recti corde. Oracio.
Protege domine popu
lum tuum et aposto
lorum tuorum petri et pauli
et aliorum apostolorum patro
cinio confidentem perpetua de
fensione conserua. Alia orō.
Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubiqꝫ letificent et adiuuent
ut dum eorum merita reco
limus patrocinia senciamus.
Et pacem tuam nostris

concede temporibus et ab ecclesia
tua cunctam repelle nequici
am iter et actus nostros et
omnes voluntates nostras.
Et omnium famulorum
tuorum in salutis prosperitate
dispone. et omnibus benefactori
bus nostris sempiterna bona
tribuas. Et omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam
concede. Per dominum nostrum
ihesum christum filium tuum. Qui
tecum vivit et regnat deus.
per omnia secula seculorum
Amen. Benedicamus do

nimo. Deo gracias. Fideli
um anime per misericordiam
dei sine fine requiescant in
pace. Amen. Ad tertiam.

Anthiphona

Miserere mei fili dauit tribula
ciones mee multiplicate sũt de
necesitatibus meis erue me domine
Deus qui cõtritorũ non despicis
gemitum et merentiũ non sper
nis affectũ: adesto precibus nos
tris quas tibi pro tribulatione no
stra effundimus easqꝫ clemẽter
exaudi: ut quid quid cõtra nos
diabolice atqꝫ hũane moliũtur ad
uersitates ad nihilum redigatur et
cõsilio tue pietatis allidatur qua
tenus nullis ad uersitatibus le
si: sed de omni tribulatione et

angustia erepti in ecclia tua ti
bi gratias referamus. per. d. n.
Dimitte domine peccata nostra:
et tribue nobis misericordiam
tuã quam precamur ut humi
litatem nostram attendas. vin
cula solvas delicta deleas.
tribulatioẽz inspicias: adver
sitate repellas: effectum q[ue]
petitionis nostre largiẽs: sup
plices tuos clementer exau
dias. per. d. n. iesũ christũ
Glia pri et filio et spu sco



DEus in adiuto
rium meu inten
de. Domine ad

adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula
seculorum. amen. hymnus.
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex illibata
virgine nascendo formam
sumpseris.
Maria mater gratie ma
ter misericordie tu nos ab hoste pro
tege et hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui

natus est de uirgine cum
patre sancto spiritu in sempi
terna secula. Amen. antiph.
In odorem unguentor. psalmus.
Ad te leuaui oculos
meos qui hītas ĩ celis.
Ecce sicut oculi seruorum ĩ
manib; dominorum suor.
Sicut oculi ancille in ma
nib; domine sue ita oculi no
stri ad dominum deum no
strum donec misereatur nr̄i.
Miserere nostri domine
miserere nr̄i quia multum
repleti sumus despectione.

Quia multũ repleta est
anima nostra obprobrium
habundantibꝫ ⁊ despectio sṗbis.
Nisi quia dominus
erat in nobis dicat
nunc israhel nisi quia domi
nus erat in nobis.
Cum exurgerent homines
in nos forte viuos deglutissent
Cum irasceretur furor eorum in nos.
forsitan aqua
absorbuisset nos.
Torrentem per transiuit
anima nostra forsitan ṗtra
sisset anima nostra aquam

intollerabilem.
Benedictus dominus qui
non dedit nos in captionem
dentibus eorum.
Anima nostra sicut pas
ser erepta ē de laqueo uenãciũ.
Laqueus contritus est et
nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum i
nomine domini qui fecit ce
lum et terram. Gloria patri.
Qui confidunt in ps.
domino sicut mons
syon non commouebitur i
eternũ qui habitat i ihrlm.

Montes in circuitu eius
et dominus in circuitu populi
sui ex hoc nunc et usque in seculum.
Quia non relinquet dominus
virgam peccatorum super sor-
tem iustorum ut non exten-
dant iusti ad iniquitatem
manus suas.
Benefac domine bonis
et rectis corde.
Declinantes autem in
obligaciones adducet dominus
cum operantibus iniquita-
tem pax super israhel. Gloria.
An. In odorem unguentorum tuorum

currimus adolescentule dilexe
runt te nimis. Capitulum.

Et radicaui in popu
lo honorificato et in
partes dei mei hereditas illius
et in plenitudine sanctorum
detencio mea. Deo gracias.
℣. Benedicta tu in mulieri
bus. ℟. Et benedictus fructus
uentris tui. Oratio.


Concede quesumus omni
potens et misericors
deus fragilitatis nostre presi
dium ut qui sancte dei geni
tricis uirginis marie memo

nam agimus intercessionis
eius auxilio a nostris iniqui
tatibus resurgamus. Per eundem
dominum nostrum. Commemoratio
omnium sanctorum. Antiphona. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro nostra
omniumque salute. V. Letamini in do
mino et exultate iusti. R. Et glo
riamini omnes recti corde. Oratio.
Exaudi nos deus sa
lutaris noster et aposto
lorum tuorum petri et pauli
et aliorum apostolorum nos
tuere presidiis quorum donasti
fideles esse doctrinis. Per dominum.

Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubiqz letificent et adiuuent
ut dum eorum merita reco
limus patrocinia senciamus.
Et pacem tuam nostris co
cede temporibz. Et ab eccia
tua cunctam repelle nequi
ciam iter et actus nostros &
omnes uoluntates nostras.
Et omnium famulorum
tuorum in salutis tue p̄sperita
te dispone et omnibz bn̄facto
ribz nostris sempiterna bona
retribuas. Et omnibz fide

libus defunctis requiem eter
nam concede. Per dominum nostrum ihesum
christum filium tuum. qui tecum
vivit et regnat deus per omnia
secula seculorum. Amen. Be
nedicamus domino. Deo gra
tias. Fidelium anime per mise
ricordiam dei sine fine requie
scant in pace. Amen.

Ad nonam.



Deus in adiuto
rium meum inte
de. Domine

ad adiuuandū me festina.
Gloria patri et filio et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula
seculorum. Amen. Hymnus.
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex illibata
uirgine nascendo formam
sumpseris.
Maria mater gratie ma
ter misericordie tu nos ab ho
ste protege et hora mortis
suscipe.

Gloria tibi domine qui
natus est de uirgine cum pa
tre sancto spiritu in sempit'
na secula. Amen. antiphō.
Pulcra est et decora. psalmus.
In conuertendo dns
captiuitatem syon
facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum ē gau
dio os nostrum et lingua
nostra exultacione.
Tunc dicent inter gentē
magnificauit dominus fa
cere cum eis.
Magnificauit dominus

facte nobiscum facti sumus
letantes.
Conuertere domine capti
uitatem nostram sicut tor
rens in austro.
Qui seminant in lacrimis
in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua.
Uenientes autem uenient
cum exultatione portantes
manipulos suos. Gloria patri.
Nisi dominus psal.
edificauerit domum
in uanum laborauerunt

qui edificant eam.
Nisi dominus custodie-
rit ciuitatem frustra uigi-
lat qui custodit eam.
Uanum est uobis ante
lucem surgere surgite postquam
sederitis qui manducatis pa-
nem doloris.
Cum dederit dilectis suis
sompnum ecce hereditas dni
filii merces fructus uentris.
Sicut sagitte in manu po-
tentis ita filii excussorum.
Beatus uir qui impleuit
desiderium suum ex ipsis non

confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta. Glo
ria patri et filio. psalmus.
Beati omnes qui ti
ment dominū qui
ambulant in viis eius.
Labores manuum tuaꝝ
quia manducabis beatus ē
et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis habū
dans in laterib; domus tue.
Filii tui sicut novelle oli
varum in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo
qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex syon et videas bona iheru salem omnibz diebz vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem sup israhel. Gloria patri. Ant. Pulcra est et decora filia iherlm terribilis est ut castrorum acies ordinata. Capit. In plateis sicut cynamomum et balsamu aromatizans odorem dedi. Quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Deo gras. V. Post partu virgo inviolata pmansisti. R. Dei genitrix intercede

pro nobis. Oracio.
Famulorum tuorũ
quesumus domine
delictis ignosce ut qui tibi
placere de actib; nostris non
valemus genitricis filii tui do
mini nostri ihũ xp̃i intercessi
one salvemur. P̃ dominum
nr̃m ihm̃ xp̃m filium tuum.
qui tecum vivit et regnat in
unitate sp̃us sancti deus per
omnia secula seculorũ. Amē.
Benedicamus domino. Deo
gracias. Commemoracio
omn̄ scōr. Sancti dei omnes inter

cedere dignemini pro nostra omnium
que salute. V. Letamini in domi
no et exultate iusti. R. Et gloria
mini omnes recti corde. Oratio

Presta quesumus omni
potens deus ut nullis
nos permittas perturbationibus
concuti quos in apostolice con
fessionis petra solidasti. Ant.

Omnes sancti tui Oro,
quesumus domine
nos ubique letificent et adiu
uent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia sentia
mus. Et pacem tuam nostri

concede temporibꝫ. Et ab ecclia
tua cunctam repelle nequiciã.
iter et actus nostros et omnes
voluntates nostras. Et om
nium famulorum tuorum in
salutis tue ꝓspitate dispone.
et omnibꝫ benefactoribꝫ nostris
sempiterna bona retribuas.
Et omnibꝫ fidelibꝫ defunctis
requiẽ eternã concede. ꝑ dñm
nrm̃ ihm xpm filium tuum
qui tecũ viuit et regnat deus
ꝑ oĩa scl'a scloꝝ. Amen. Bndi
camus dño. Deo gras. Ad
vesperas beate marie.



DEus in adiuto
rium meum i
tende Domie

ad adiuuandū me festina.
Gloria patri et filio et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semp et in secula se
culoꝝ. amen. añ. Dū esset rex.
Dixit dominus
domino meo
sede a dextris meis.
Donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuoꝝ.
Virgam uirtutis tue e
mittet dominus ex syon do
minare in medio inimico
rum tuorum.

Tecum principium in
die virtutis tue in splendori
bus sanctorum ex utero ante lu
ciferum genui te.
Iuravit dominus et non
penitebit eum tu es sacerdos
in eternum secundum ordi
nem melchisedech.
Dominus a dextris tuis
confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nacionibus
implebit ruinas conquassa
bit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet
propterea exaltabit caput.

Gloria patri. Aña. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit suavitatem odoris. Aña. Leva.

Laudate pueri ps̄ .cxii.

dominum laudate nomen domini.

Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum.

A solis ortu usq; ad occasū laudabile nomen domini.

Excelsus super omnes gentes dominus et super celos gloria eius.

Quis sicut dominus deus

noster qui in altis habitat et
humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopem
et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum princi
pibus cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum letantem.
Gloria patri. An. Leva eius
sub capite meo et dextera illius
amplexabitur me. An. Nigra sum.
Letatus sum in his
que dicta sunt mi
chi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri

in atriis tuis iherusalem.
Iherusalem que edificatur:
ut civitas cuius participa
cio eius in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt
tribus tribus domini testi
monium israhel ad confite
dum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes
in iudicio sedes super domum david.
Rogate que ad pacem
sunt iherusalem et habun
dancia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua
et habundancia in turribus tuis.

Propter fratres meos et
proximos meos loquebar pa
cem de te.
Propter domum domi
ni dei nostri quesivi bona t.
A. Nigra sum sed formosa filie
iherusalem ideo dilexit me rex et
introduxit me in cubiculum suum.
ant. Jam hiems transiit. psal.
Nisi dominus edifi
caverit domum in
vanum laboraverunt qui
edificant eam.
Nisi dominus custodierit
civitatem frustra vigilat

qui custodit eam.
Uanum est uobis an
te lucem surgere surgite post
q̄ sederitis qui manducatis
panem doloris.
Cum dederit dilectis su
is sompnum ecce hereditas
domini filij merces fructus
uentris
Sicut sagitte in manu
potentis ita filij excussorum.
Beatus uir qui imple
uit desiderium suum ex ipsis
non confundetur cum loque
tur inimicis suis in porta.

Iam iemps transiit ymber abiit
et recessit surge amica mea et
veni. Ant. Speciosa facta es. Ps.
Lauda iherusalem
dominum lauda
deum tuum syon.
Quoniam cōfortavit se
ras portarum tuarum bene
dixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos
pacem et adipe frumenti
saciat te.
Qui emittit eloquium
suum terre velociter currit
sermo eius.

Qui dat niuem sicut la
nam nebulam sicut cinere
spargit
Mittit cristallum suum
sicut buccellas ante faciem fri
goris eius quis sustinebit.
Emittet uerbum suum
et liquefaciet ea flabit spus
eius et fluent aque.
Qui annunciat uerbu
suum iacob iusticias et iu
dicia sua israhel
Non fecit taliter omni na
cioni et iudicia sua non ma
nifestabit eis. Gloria pri.

Añ. Speciosa facta est et suavis in delicijs suis sca dei genitrix. Cap.
Ab inicio et ante secula creata sum et usque ad futurum seculum non desinam. Et in habitacione sancta coram ipso ministravi.
Deo gracias. Hympnus.
Ave maris stella dei mater alma atque semper virgo felix celi porta.
Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve.
Solve vincla reis profer

lumen cecis mala nostra
pelle bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem
sumat p te preces nostras qui
p nobis natus tulit ēē tuus.
Virgo singularis inter
omnes mitis nos culpis so
lutos mites fac et castos.
Vitam presta puram
iter para tutum ut viden
tes ihesum semp collectemur.
Sit laus deo patri summo
xpristo decus spiritui sancto
trinus honor unus. Amen.
V. Diffusa est gracia in labiis

tuis, ℟. Propterea bñdixit
te deus in eternum, A. Bt̃a mr̃.
Magnificat anima
mea dominum.
Et exultauit spiritus ms
in deo salutari meo.
Quia respexit humilita
tem ancille sue ecce enim ex
hoc beatam me dicent om
nes generaciones.
Quia fecit michi mag
na qui potens est et sanc
tum nomen eius.
Et misericordia eius a
pgenie ĩ pgenies timentibꝫ eũ.

Fecit potenciam in bra
chio suo dispersit superbos
mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede
exaltavit humiles.
Esurientes implevit bo
nis et divites dimisit ĩanes.
Suscepit israhel puerum
suum recordatus mĩe sue.
Sicut locutus est ad pa
tres nostros abraham et se
mini eius in secula. Glia
pri. A. Beata mater et innup
ta virgo gloriosa intercede pro
nobis ad dñm deum nrm. Oro.

Concede nos famu
los tuos quesumus
domine deus perpetua mentis
et corporis sanitate gaudere
et gloriosa beate marie semp
virginis intercessione a pre
senti liberari tristicia et eterna
pfrui leticia. P dnm nrm. Or.
Memoracio de omnibz scis. A.
Sancti dei omnes intercedere dig
nemini pro nra omni salute. V.
Letamini in domino et exultate
iusti. R. Et gliamini os recti corde.
Protege domine Oro.
populum tuum et

apostolorum tuorum petri et
pauli et aliorum apostolorum
patrocinio confidente perpetua
defensione conserva. Ant. ora.
Omnes sancti tui que
sumus domine nos v
bique letificent et adiuvent ut
dum eorum merita recolimus
patrocinia senciamus. Et pa
cem tuam nostris concede tem
poribus. Et ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequiciam iter et
actus nostros et omnes volun
tates nostras. Et omnium
famulorum tuorum in saluti

tue pspitate dispone et omni
bus benefactoribz nostris sem
piterna bona retribuas. Et
omnibz fidelibz defunctis requi
em eternam concede. P dnm
nrm ihm xpm filium tuum.
Qui tecum uiuit et regnat
deus p omnia secula seculor
Amen. Benedicamus dno
Deo gracias. Fidelium anime
p misericordiã dei sine fine re
quiescant in pace. Amen. ant.
q dr tempore paschali. antiph.
Regina celi letare al
leluya. quia quem

meruisti portare alla. resurrexit,
sicut dixit alla. ora pro nobis
deum alla. ℣. Ora pro nobis
sancta dei genitrix. ℟. Ut digni
efficiamur pmissionib; xpi. Or.

Gratiam tuam que-
sumus domine men-
tib; nris infunde ut qui ange-
lo nunciante xpi filii tui in-
carnationem cognovimus p
passionem eius et crucem ad
resurrectionis gloriam pdu-
camur. Per eundem xpm dnm
nrm. Amen. Ad completo-
rium.



Conuerte nos
deus salutaris
noster. Et

adverte iram tuā a nobis.
Deus in adiutorium meū
intende. Domine ad adiuvā
dum me festina. Gloria pri.
Sepe expugnaverūt p.
Sepe expugnaverunt me a iuventu
te mea dicat nunc israhel.
Sepe expugnaverunt me
a iuventute mea et enim nō
potuerunt michi.
Supra dorsum meum fa
bricaverunt peccatores prolō
gaverunt iniquitatē suam.
Dominus iustus concidet
cervices peccatorū confundantur.

et conuertentur retrorsum
omnes qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tector
quod priusq̃ euellatur exaruit
De quo non impleuit
manum suam qui metet et sig
num suum q̃ manipulos colligit.
Et non dixerunt qui pre
teribant bñdictio domini sup
nos benediximus uobis in
nomine domini. Gl'a pa̅.
De pfundis cla ps.
mavi ad te domine
domine exaudi vocem meã.
Fiant aures tue intenden

tes in uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaue
ris domine domine quis su
stinebit.
Quia apud te propiciacio
est et propter legem tuam su
stinui te domine.
Sustinuit anima mea
in uerbo eius sperauit anima
mea in domino.
A custodia matutina
usque ad noctem speret israel
in domino.
Quia apud dominum
misericordia et copiosa apud

eum redemptio
Et ipse redimet isrl' ex
omnib; iniquitatib; eius.
Gloria patri. psalmus.
Domine non est e
xaltatum cor me
um neq; elati st' oculi mei.
Neq; ambulaui in mag
nis neq; i mirabilib; sup me.
Si non humiliter sentie
bam sed exaltaui aiam mea.
Sicut ablactatus est sup
matre sua ita retribucio in
anima mea.
Speret isrl' in dno ex hoc nunc.

et usq; in seculum Gl'ia.

Memento hymnus salutis auctor q'd nostri quondam corporis ex illibata uirgine nascendo formam sumpseris

Maria mater misericordie mater gracie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe

Gloria tibi domine qui natus est de uirgine cum patre sancto spiritu in sempiterna s'cl'a.

Ego mater Cap. Amen. pulcre dilectionis et timoris et magnitudinis

et sancte spũi. Deo gracias. ℣.
Ora p nobis sancta dei genitrix.
Ut digni. Aña. Sub tuum presidiũ.
Nunc dimittis ser ps.
uum tuum domine
secundum verbum tuũ ĩ pace.
Quia viderunt oculi mei
salutare tuum. quod parasti
ante faciem oĩm populorum.
Lumen ad revelationem
gentium et gloriam plebis
tue isrl. Gloria pri. ant.
Sub tuum presidium confidimus
dei genitrix nostras deprecationes ne de
spicias in necessitatibus sed a periclis

cunctis libera nos virgo semper bene
dicta. Domine exaudi oratione meã.
Et clamor meus ad te veniat. Oro.


Beate et gloriose semper
que virginis marie
quesumus domine intercessio
gloriosa nos protegat. Per dnm. A.
Sancti dei omnes intercedere digne
mini pro nostra omnium que salute. V. Le
tamini in domino et exultate iusti.
R. Et gloriamini omnes recti corde. Oro.

Exaudi nos deus salu
taris noster et aposto
lorum tuorum petri et pauli et ali
orum apostolorum nos tuere p

sidijs quorum donasti fideles esse
doctrinis. Alia oratio.

Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubique letificent et adiuvent
ut dum eorum merita recoli
mus patrocinia senciamus. Et
pacem tuam nostris concede tem
poribus. Et ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequiciam iter et
actus nostros et omnes volun
tates nostras. Et omnium fa
mulorum tuorum in salutis tue pro
speritate dispone et omnibus bene
factoribus nostris sempiterna bo

na retribuas. Et omnibus fide
libus defunctis requiem eternam
concede. Per dominum nostrum
ihesum xpistum filium tuum. qui te
cum uiuit et regnat deus per
omnia secula seculorum. A
men. Benedicamus domino.
Deo gracias. Fidelium anime
per misericordiam dei sine fine
requiescant in pace. Amen.
Incipit officium sancte crucis.



Domine labia
mea aperies.
Et os meum

annunciabit laudem tuam.
Deus in adiutorium me-
um intende. Domine ad
adiuvandum me festina.
Gloria patri et filio et spi-
ritui sancto. Sicut erat.
Patris sapientia ve-
ritas divina, deus
homo captus est hora matu-
tina. a suis discipulis cito de-
relictus, a iudeis traditus ven-
ditus et afflictus. R. Adoramus
te xpe et benedicimus tibi, quia per
sanctam crucem tuam redemisti
mundum. Domine exaudi oronem

meam. Et clamor meus ad te veniat.
Domine ihesu Oratio,
criste fili dei vivi pone
passionem crucem et mortem
tuam inter iudicium tuum
et animam meam nunc et
in hora mortis mee et semper
largiri digneris vivis miseri
cordiam et graciam defunctis
requiem et veniam ecclesie tue
pacem et concordiam et nobis
peccatoribus vitam et leticiam sem
piternam. Qui vivis et reg
nas cum deo patre in unitate
spiritus sancti deus. Domina

secula seculorum. Amen. ad p̄.
Deus in adiutorium. hym̄.
Hora prima ductus
est ihc̄s ad pilatū.
falsis testimoniis multum
accusatum. in collo percuciunt
manibus ligatum. vultum dei
conspuunt lumen celi gratū.
an̄ Adoramus te. ut supra. or̄.
Domine ihū xp̄e. Ad terciam.
Deus in adiutoriū. hym̄.
Crucifige clamitant
hora terciarum. illu
sus induitur veste purpura
rum. caput eius pungitur

corona spinarum. crucem por-
tat humeris ad locum penarum.
Ant. Adoramus te xpe. ut sup. Or.
Domine ihu xpe. Ad sextam.
Deus in adiutoriu. hym.
Hora sexta ihus est
cruci conclauatus,
et est cum latronibus pendens
deputatus. pre tormentis si-
tiens felle saturatus. agnus
crimen diluit sic deficatus Ant.
Adoramus te xpe ut sup. Oro. Do-
mine ihu xpe. Ad nonam.
Deus in adiutorium me-
um intende. Hymnus.

Hora nona dominus
ihesus expirauit.
hely clamans animam deo pa
tri commendauit. latus eius
lancea miles perforauit. terra
tunc tremuit et sol obscura
uit. A. Adoramus te xpe. ut s. Or.
Domine ihesu xpe. Ad vesperas.
Deus in adiutorium. hy.
De cruce deponitur
hora vespertina. for
titudo latuit in mente diui
na. talem mortem subiit vi
te medicina. heu corona glo
rie iacuit spina. A. Adoramus.

te xp̄e, ut sup. **Or.** Domine ihesu xpriste. **ad complet.**

Converte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutoriū. Hora completorii datur sepulture. corpus xpi nobile spes uite future. conditur aromate complentur scripture. iugis sit memorie mors hec michi cure. **hymnus.**

Has horas canonicas cum deuotione. xp̄e tibi recolo pia ratione ut qui

pro me passus est amoris
ardore, sis michi solacium
in mortis agone. ant. Ado
ramus te xpe. oracio. Domine
ihesu xpriste, ut supra. Inci
pit officium sancti spiritus.



Deus in adiu
torium meu
intende. Do

nunc ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum Amen. Alleluya. hymnus.

Nobis sancti spiritus gracia sit data. de qua virgo virginum fuit obumbrata. cum per sanctum angelum fuit saluta. verbum caro factum est virgo fecundata. An. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem

attende. V. Emitte spiritum tu-
um et creabuntur. R. Et reno-
uabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempi-
terne deus da nobis
illam sancti spiritus gratiã
quam discipulis tuis in die
sancto penthecostes transmi-
sisti. P[er] dominum. Ad primã.

Deus in adiutorium. Hym.

Virgine mari-
a xpus fuit na-
tus. crucifixus mortuus ac
q[ue] tumulatus. resurgens di-
scipulis fuit demonstratus.

et ipsis cernentibus celos eleua
tus, An, Veni sancte spiritus. V.
Emitte spm tuum. R. Et reno.
Oratio Omnipotens sempit.
Deus in adiuto. Ad vj.
Suum sanctum spi
ritum deus non
denegauit, in die penthecoste
ipsos confirmauit. et lin
guis igneis ipsos inflamma
uit. relinquere orphanos il
los denegauit. An. Veni sce.
V. Emitte spiritum tuum. R.
Et reno. Oro. Omps sempit.
Deus in adiu. Ad vj.

Septiformam gra
ciam tunc accepta
uerunt, c[illegible]re ydiomata
cuncta [illegible]uerunt. ad di
uersa climata mundi reces
serunt, et fidem catholicam
tunc predicauerunt. Ant.
Veni sancte spiritus. V. Emit
te spiritum. Orac. Omnipotens s.
Deus in adiu. Ad nonam.
Spiritus paraclitus
sunt appellatus. Do
num dei caritas fons viui
ficatus, spiritalis unctio ig
nis inflammatus, septiformi

gracia karisma beatis. an.
Veni sancte spus. V. Emitte
spm tuum. Oratio. Omnipo
tens sempiterne. Ad vespas.
Deus in adiutorium. hym.
Dextre dei digitus
virtus spiritalis
nos defendat eruat ab omni
bz malis ut nobis non no
ceat demon infernalis, sed p
tegat foveat nutriat sub a
lis. ant. Veni sancte sps. V.
Emitte spiritum tuum. Oro.
Omnipotens sempiterne
deus. Ad completorium.


Converte nos de⁹
salutaris noster.
Et averte iram tuam a
nobis. Deus in adiuto.
Spiritus para hy⁹
clitus nos velit iu
vare gressus nostros regere ⁊
illuminare. ut cum deus ve
nerit omnes iudicare nos ve
lit ad dexteram suā appellare.
Has ipsas canonicas
cum devotione tibi
spiritus sancte pia ratione
dixi ut nos visites inspiraci
one. ut vivamus iugiter celi

regione, añ. Veni sancte sps.
℣. Emitte spiritum tuum. Or̄.
Omnipotens sempiterne deu[s],
ut supra,

Oratio Devotissima

Dulcissimo signor mio: Dico mia
colpa de tuti li peccati mei hone
dolore pentimento et dispiacere
daverli fati: Ho ancora fermo
proposito de non peccare mai
piu mortalmente se mille
anni vivessi: Ho ancora inten
tione de confessarme de tuti
li peccati mei & de fare tuta
la penitentia chio merito per
essi: et la mia intentione
signor mio e de fare tute
queste cose per obedire a te
& per amore tuo. principal
mente pregotte signor mio

dulcissimo per la tua infini
ta misericordia che mi doni
et diami la tua gratia ne la
presente et ne laltra vita la
tua gloria. In secula seculorum
Amen
Oratio sancti Vincentij con
fessoris super infirmos
Super egros manus imponent
et bene habebunt: Iesus Ma
rie filius mundi salus et domi
nus sit tibi clemens et propi
tius Amen



Domine ne in
furore tuo argu
as me neq; in ira

tua corripias me.
Miserere mei domine qm̄
infirmus sum sana me do
mine quoniam conturbata
sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turba
est ualde sed tu dñe usqueq̄.
Conuertere domine et
eripe animā meā saluū me
fac ꝓpter misericordiā tuā.
Quoniam non est in
morte qui memor sit tui ī
inferno aut quis cōfitebit̄ t.
Laboraui in gemitu
meo lauabo p singulas noc

tes lectum meū lacrimis me
is stratū meum rigabo.
Turbatus est a furore o
culus meus inueteraui int'
omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes q
operamini iniquitatem qm̄ ex
audiuit dn̄s uocē fletus mei.
Exaudiuit dominus dep
cationem meam dominus
oracionem meā suscepit.
Erubescant et conturben
tur uehementer omnes ini
mici mei conuertantur & eru
bescant ualde uelociter. ps.

Beati quorum remisse
sunt iniquitates et
quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputa
uit dominus peccatum nec
est in spiritu eius dolus
Quoniam tacui inveterave
runt ossa mea dum clama
rem tota die
Quoniam die ac nocte gra
vata est super me manus tua
conversus sum in erumpna
mea dum configitur spina.
Delictum meum cogni
tum tibi feci et iniusticiam

meam non abscondi.
Dixi confitebor adversum
me et iniusticiam meam do
mino et tu remisisti impieta
tem peccati mei.
Pro ac orabit ad te omnis
sanctus in tẽpore oportuno.
Verumptamen in dilu
vio aquarum multarum
ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meũ a
tribulacione que circumdedit
me exultatio mea erue me a
circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et

instruam te in via hac qua
gradieris firmabo super te o
culos meos.
Nolite fieri sicut equus et
mulus quib; nō est intellectus.
In chamo et freno ma
xillas eoꝝ constringe qui nō
approximant ad te.
Multa flagella peccato
ris sperantem autem in dño
misericordia circumdabit
Letamini in domino et
exultate iusti et gloriamini
Omnis recti corde. ps.
Domine ne in furo

ne tuo arguas me neqꝫ in ira
tua corripias me.
Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi et confirma
sti sup me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est
pax ossibꝫ meis a facie pecca
torum meorum.
Quoniam iniquitates
mee supgresse sunt caput
meum et sicut onus graue
grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte
sunt cicatrices mee a facie i

sapientie mee.

Miser factus sum et curua
tus sum usqꝫ in finem tota di
e contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei im
pleti sunt illusionibꝫ et non
est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humilia
tus sum nimis rugiebam a ge
mitu cordis mei.

Domine ante te omne desi
derium meum et gemitus me
us ad te non est absconditus.

Cor meum conturbatum
est dereliquit me virtus mea

et lumen oculorum meorum
et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei
adversum me appropinqua
verunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de
longe steterunt et vim facie
bant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant ma
la michi locuti sunt vanitates
et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam sur
dus non audiebam et sicut
mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo

non audiens et non habens
in ore suo redarguciones.
Quoniam in te domine
speraui tu exaudies me domi
ne deus meus.
Quia dixi nequando super
gaudeant michi inimici mei
et dum commouentur pedes
mei super me magna locu
ti sunt.
Quoniam ego in flagel
la paratus sum et dolor meus
in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem
meam annunciabo et cogita

lo pro peccato meo.
Inimici autem mei vi
uunt et confirmati sunt su
per me et multiplicati sunt
qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant michi quo
niam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine
deus meus ne discesseris a me.
Intende in adiutorium
meum domine deus salutis mee.
Miserere mei deus ps
secundum magnam
misericordiam tuam.

Et secundum multitudi
nem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab ini
quitate mea et a peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et pecca
tum meum contra me ē semp.
Tibi soli peccaui et ma
lum coram te feci ut iustifi
ceris in sermonibus tuis et
vincas cum iudicaris.
Ecce enim iniquitatibꝫ
conceptus sum et in peccatis

concepit me mater mea.
Ecce enim in veritatem di
lexisti incerta et occulta sapie̅
cie tue manifestasti michi.
Asperges me domine ysopo et
mundabor lavabis me et sup
nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gau
dium et leticiam et exultabunt
ossa humiliata.
Averte faciem tuam a pec
catis meis et omnes iniquita
tes meas dele.
Cor mundum crea in me
deus spiritum rectum inova

in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tu
a et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.
Redde michi leticiam sa
lutaris tui et spiritu princi
pali confirma me.
Docebo iniquos vias tu
as et impii ad te convertent.
Libera me de sanguini
bus deus deus salutis mee et
exultabit lingua mea iusti
ciam tuam.
Domine labia mea aper
ies et os meum annunciabit

bit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sa
crificium dedissem utique holo
caustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus
contribulatus cor contritum et
humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in
bona voluntate tua syon ut
edificentur muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrifici
um iusticie oblaciones et ho
locausta tunc imponent sup
altare tuum vitulos.
Gloria patri et filio. ps.

Domine exaudi ora
cionem meã et cla
mor meus ad te ueniat.
Non auertas faciem tuã
a me in quacumque die tribulor
inclina ad me aurem tuam
In quacumque die inuoca
uero te uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei et ossa mea si
cut cremium aruerunt.
Percussus sum ut fenũ
et aruit cor meum quia ob
litus sũ comedere panẽ meũ.
A uoce gemitus mei adhe

sit os meum carni mee
Similis factus sum pelli
cano solitudinis et factus sū
sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum
sicut passer solitarius ĩtecto.
Tota die exprobrabant
michi inimici mei et qui
laudabant me aduersum
me iurabant
Quia cinerem tanq̃ pa
nem manducabam et potu
meū cum fletu miscebam.
A facie ire indignatio
nis tue quia eleuans alli

lisisti me.
Dies mei sicut umbra de
clinauerunt et ego sicut fe
num arui.
Tu autem domine in eter
num pmanes et memoriale
tuu in generacioe et generatioe.
Tu exurgens domine mise
reberis syon quia tempus mi
rendi eius quia uenit temp9.
Quoniam placuerunt
seruis tuis lapides eius et ter
re eius miserebuntur.
Et timebunt gentes no
men tuum domine et omnes

reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dominus
syon et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem hu
milium et non spreuit preces eorum.
Scribantur hec in genera
tione altera et populus qui
creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso
sancto suo dominus de celo
in terram aspexit.
Ut audiret gemitus com
peditorum ut solueret filios in
teremptorum.
Ut annunciet in syon

nomen domini et laudem
eius in iherusalem.
In conveniendo populos
in unum et reges terre ut
serviant domino.
Respondit ei in via vir
tutis sue paucitatem dierum
meorum nuncia michi.
Ne revoces me in dimi
dio dierum meorum in genera
cione et generacione anni tui.
Inicio tu domine terram
fundasti et opera manuum
tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem p

manes et omnes sicut uesti
mentum ueterascent.
Et sicut opertorium muta
bis eos et mutabuntur tu au
tem idem ipse es et anni tui
non deficient.
Filij seruorum tuorum
habitabunt et semen eorum
in seculum dirigetur. ps.
De profundis cla
maui ad te domine
domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intenden
tes in uocem deprecacionis mee.
Si iniquitates obserua

ueris domine domine quis
sustinebit.
Quia apud te propiciacio
est et propter legem tuam
sustinui te domine.
Sustinuit anima mea
in verbo eius speravit anima
mea in domino
A custodia matutina
usque ad noctem speret isra
hel in domino.
Quia apud dominum mise
ricordia et copiosa apud
eum redempcio.
Et ipse redimet israhel.

ex omnibus iniquitatibus eius
Domine exaudi ps.
orationem meam
auribus percipe obsecrationem
meam in veritate tua exau
di me in tua iusticia.
Et non intres in iudi
cium cum servo tuo domine
quia non iustificabitur in
conspectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimi
cus animam meam humilia
vit in terram vitam meam.
Collocavit me in obscu
ris sicut mortuos seculi et

anxiatus est sup me spiritus
meus in me turbatum est
cor meum.

Memor fui dierum anti
quorum meditatus sum in
omnibus opibus tuis et in fac
tis manuum tuarum medita

Expandi manus bar.
meas ad te anima mea sicut
terra sine aqua tibi

Velociter exaudi me do
mine defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam
a me et similis ero descenden
tibus in lacum.

Auditam fac michi ma
ne misericordiam tuam qui
a in te speraui.
Notam fac michi uiam
in qua ambulem quia ad
te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me
facere uoluntatem tuam
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus de
ducet me in terram rectam
propter nomen tuum domine
viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione

animam meā et in mise
ricordia tua disperdes omnes
inimicos meos.
Et perdes omnes qui tri
bulant animam meam.
quoniam ego seruus tuus
sum. Sequitur letania
Kyrieleyson. Xpriste
leyson. Kyrieleyson.
Xpriste audi nos.
Pater de celis deus mi
serere nobis.
Fili redemptor mundi
deus miserere nobis.
Spiritus sancte deus

miserere nobis.

Sancta trinitas unus deus miserere nobis.

Sancta maria ora pro nobis.

Sancta dei genitrix. Ora

Sancta virgo virginum. Ora

Sancte michael Ora

Sancte gabriel. Ora

Sancte raphael. Ora

Omnes sancti angeli et archangeli dei orate pro nob.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines. Ora

Omnes sancti patriar

tes et prophete. or.
Sancte petre. or.
Sancte paule. or.
Sancte andrea. or.
Sancte iacobe. or.
Sancte philippe. or.
Sancte bartholomee. or.
Sancte simon. or.
Sancte iuda. or.
Omnes sancti apostoli
et euuangeliste. or.
Omnes sancti discipuli domini. or.
Omnes sancti innocentes. or.
Sancte stephane. or.
Sancte laurenti. or.

Sancte vincenti. or
Sancte sebastiane. or
Sancte clemens. or
Sancte dyonisi or
Sancte eustachi. or
Om̄s sc̄i confessores. or.
Sc̄ta maria magd. or
Sancta katherina. or
Sancta margarita. or
Sancta anna or
Sancta lucia. or
Sancta agatha or
Sancta agnes. or
Sancta fides. or
Sancta spes. or

Sancta caritas. Or[a]
Omnis sancte virgines. Or[a]
Omnis sancti et sancte, or[a]
Propicius esto parce nobis domine.
Ab omni malo libera nos
domine. Ab insidiis dia
boli, l[ibera]. A spiritu fornica
tionis l[ibera]. A penis inferni
l[ibera]. Per annunciacionem
tuam, l[ibera]. Per adventum
tuum. l[ibera]. Per nativitate[m]
tuam, l[ibera]. Per circumcisio
nem tuam. l[ibera]. Per bap
tismum tuum, l[ibera]. Per ie
iunium tuum, l[ibera]. Per

graciam sancti spiritus pa
racliti. l'. In ipsa mortis
succurre nobis domine.
In die iudicii. l'. Pecca
tores te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones. t'.
Ut spacium vere penite
ncie nobis dones. t'. Ut
fructus terre dare et conser
vare digneris. t'. Ut nos
exaudire digneris. t'. Fili
dei. in. t'. Agnus dei qui
tollis peccata mundi parce
nobis domine. Agnus
dei qui tollis peccata mundi

exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Kyrieleison.
V. pe. K. rieleison. Pr nr. Oro.
Deus cui proprium e
misereri semper et par
cere suscipe deprecationem no
stram ut quos delictorum cathe
na constringit miseratio tue
pietatis absoluat. Per.



Ad vespas mortuorum.
Placebo. psalmus. dd.
Dilexi quoniam exaudi

diet dñs vocē oracionis mee.
Quia inclinavit aurem
suam michi et in diebus
meis invocabo.
Circumdederunt me dolores
mortis et pericula inferni
invenerunt me.
Tribulacionem et dolorem
inveni et nomē dñi invocavi.
O domine libera animam
meam misericors dominus et
iustus et deus nr̄ miseretur.
Custodiens parvulos do
minus humiliatus sum et
liberavit me.

Conuertere animam me
am in requiem tuam quia
dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam
meam de morte oculos meos
a lacrimis pedes meos a lapsu.
Placebo domino in regione
uiuorum. ant. Placebo domi
no in regione uiuor. Ps. Heu me.
Ad dominum cum tri p.
bularer clamaui et
exaudiuit me.
Domine libera animam me
am a labiis iniquis et a lin
gua dolosa.

Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad liguã dolosã,
Sagitte potentis acute
cum carbonibꝫ desolatorijs,
Heu michi quia incolatũ
meus prolongatus est habi
taui cum habitantibus ce
dar multum incola fuit
anima mea
Cum hijs qui oderunt pa
cem eram pacificus cum loq
bar illis ĩpugnabant me
gratis, Añ, Heu me quia inco
latus meus prolongatus est,
Ã, Dominus custodit, psalm⁹

Leuaui oculos meos ps.
in montes unde ue
niet auxilium michi.
Auxilium meum a dño
qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem
pedem tuum neqꝫ dormiet
qui custodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ
dormiet qui custodit israhel.
Dominus custodit te do
minus protectio tua super
manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te
neqꝫ luna p̄ noctem.

Dominus custodit te ab
omni malo custodiat ani
mam tuam dominus
Dominus custodiat intro
itum tuum et exitum tuū
ex hoc nunc et usqꝫ in sclm.
A. Dominus custodit te ab oī
malo custodiat animam tua
dominus. Añ. Si iniquitates.
De profundis clama
ui ad te domine dñe
exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intende
tes in uocē deprecacionis me.
Si iniquitates obseruaue

ris domine domine quis
sustinebit.
Quia apud te propiciacio est
et propter legem tuam susti
nui te domine.
Sustinuit anima mea in
uerbo eius sperauit anima
mea in domino.
A custodia matutina us
qz ad noctem speret iscrahel
in domino.
Quia apud dominum
misericordia et copiosa a
pud eum redempcio.
Et ipse redimet iscrahel ex

omnibus iniquitatibus eius.

℟. Si iniquitates observaue ris domine domine quis sustinebit. Ant. Opera. psalmus david.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti omnia verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi deus meus adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Super misericordia et veritate tua quoniam magnificasti super omne nomen sanc

tum tuum
In quacunqz die inuocaue
ro te exaudi me multiplica
bis in anima mea uirtutē.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre quia audie
runt omnia uerba oris tui.
Et cantent in uiis domini
quoniā magna ē gloria dni.
Quoniam excelsus domin⁹
et humilia respicit et alta a
longe cognoscit.
Si ambulauero in medio
tribulacionis uiuificabis
me et sup iram inimicorum

meorum extendisti manū
tuam et saluum me fecit
dextera tua.
Dominus retribuet pro
me domine misericordia tu
a in seculum opa manuū
tuarum ne despicias. ant.
Opa manuum tuarū ne despi
cias. ℣. Audiui vocem de celo
dicentem michi. ℟. Scribe beati
mortui qui in domino moriun
tur. ant. Omne quod dat. ps.
Magnificat anima
mea dominum.
Et exultauit spiritus me⁹

in deo salutari meo.
Quia respexit humilitate
ancille sue ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes
generaciones.
Quia fecit michi magna
qui potens est sanctum no
men eius.
Et misericordia eius a
progenie in progenies timen
tibus eum.
Fecit potenciam in brachi
o suo dispersit superbos me
te cordis sui.
Deposuit potentes de sede.

et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis
et diuites dimisit inanes.
Suscepit israhel puerum
suum recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres
nostros abraham et semini
eius in secula. An. Omne quod
dat michi pater a me ueniet et
eum qui uenit ad me non eiciam
foras. Pater noster qui es in celis.
sanctificetur nomen tuum. Ad
ueniat regnum tuum. fiat uo
luntas tua. sicut in celo et in ter
ra. panem nostrum cotidianum

da nobis hodie. et dimitte nobis
debita nostra, sicut et nos dimit
timus debitoribus nostris. et ne nos
inducas in temptacionem, sed
libera nos a malo. Amen. ps.
Lauda anima mea dominum
laudabo deum in vita
mea psallam deo meo quam
diu fuero.
Nolite confidere in principi
bus nec in filiis hominum
in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius et re
vertetur in terram suam in
illa die peribunt omnes co

gitaciones eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram. mare et omnia que in eis sunt.
Qui custodit ueritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibz dat escam esurientibz
Dominus soluit compeditos dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elisos dominus diligit iustos
Dominus custodit adue

nas pupillum et uiduam su
scipiet et uias pctorū disp̄det.
Regnabit dominus in se
cula deus tuus syon in gene
racione et generacionem. ỽ.
A porta inferi. R̄. Erue dn̄e aīas
eorum. Requiescant in pace. Am.
Domine exaudi oracionem meā.
Et clamor meus ad te ueniat. Or.
Deus qui inter aposto
licos sacerdotes famu
los tuos pontificali seu sacer
dotali fecisti dignitate uigē
presta quesumus ut eorum
quoqꝫ perpetuo agregentur

consorcio. Alia oracio.

Deus venie largitor
et humane salutis
auctor quesumus immensam
clemenciam tuam ut nostre
congregacionis fratres sorores
et benefactores nostros qui ex
hoc seculo transierunt. Beata
maria semper virgine intercede
te cum omnibus sanctis ad per
petue beatitudinis consorcium
pervenire concedas. Oracio.

Fidelium deus omnium
conditor et redemptor
animabus famulorum famu

larum que tuarum remissio
nem cunctorum tribue pecca
torum ut indulgenciam quam
semper optaverunt piis suppli
cacionibus consequantur.
Qui vivis et regnas deus
per omnia secula seculorum.
Amen. Requiescant in pace
Amen. In agenda mortuo
rum. Invitatorium. Regem cui
omnia vivunt venite adoremus.
Venite exultemus do
mino iubilemus deo
salutari nostro preoccupemus
faciem eius in confessione et

in psalmis iubilemus ei.
Regem cui omnia uiuunt ue
nite adoremus.
Quoniam deus magnus do
minus et rex magnus super
omnes deos quoniam non re
pellet dominus plebem suam
quia in manu eius sunt om
nes fines terre et altitudines
montium ipse conspicit.
Regem cui omnia uiuunt ue
nite adoremus.
Quoniam ipsius est ma
re et ipse fecit illud et arida
fundauerunt manus eius.

uenite adoremus et procida
mus ante deum ploremus co
ram domino qui fecit nos
quia ipse est dominus deus
noster nos autem populus
eius et oues pascue eius.
Regem cui omnia uiuunt ue
nite adoremus
Hodie si uocem eius audi
eritis nolite obdurare corda
uestra sicut in exacerbacione
secundum diem temptacio
nis in deserto ubi temptaue
runt me patres uestri proba
uerunt et uiderunt opera

mea, Regem cui omnia vivunt venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hii errant corde ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Regem cui omnia vivunt venite adoremus. A. Dirige.

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee rex meus et deus meus.

Quoniam ad te orabo do
mine mane exaudies vocem
meam.
Mane astabo tibi et vide
bo quoniam non deus vo
lens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te
malignus neque permanebunt
iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur
iniquitatem perdes omnes
qui loquntur mendacium.
Virum sanguinum et do
losum abhominabitur dominus
ego autem in multitudine

misericordie tue.
Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iusticia tua propter inimicos meos ut destruas in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant iudica illos deus.

Decidant a cogitacionib;
suis secundum multitudinē
corum expelle eos quoniam
irritauerunt te domine.
Et letentur in te omnes
qui sperant in te exultabūt
et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomē
tuū qm̄ tu bn̄dices iusto.
Domine ut scuto bone
uoluntatis tue coronasti
nos. A. Dirige domine deus
meus in conspectu tuo uiam
meam. Ant. Conuertere. ps.

Domine ne in furo
re tuo arguas me ne
que in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quo
niam infirmus sum sana me domine
quoniam conturbata sunt
omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est
valde sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eri
pe animam meam salvum
me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in mor
te qui memor sit tui in in
ferno autem quis confite

bitur tibi.
Laboraui in gemitu me
o lauabo p singulas noctes
lectum meum lacrimis me
is stratum meu rigabo.
Turbatus est a furore o
culus meus inueteraui int
omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes q
operamini iniquitatem qm
exaudiuit dominus uocem
fletus mei.
Exaudiuit dominus dep
cationem meam dominus
oracionem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur
uehementer omnes inimici
mei conuertantur et erube-
scant ualde uelociter. ant.
Conuertere domine et eripe ani-
mam meam quoniam non est
in morte qui memor sit tui. a.
Nequando rapiat. psalmus.
Domine deus meus
in te speraui saluum
me fac ex omnibus persequenti-
bus me libera me.
Nequando rapiat ut leo
animam meam dum non
est qui redimat neque qui sal

uum faciat
Domine deus meus si
feci istud si est iniquitas in
manibus meis.
Si reddidi retribuentib;
michi mala decidam meri
to ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus
animam meam et compre
hendat et conculcet in terra
uitam meam et gloriā meā
in puluerem deducat.
Exurge domine in ira
tua et exaltare in finibus
inimicorum meorum.

Et exurge domine deus
meus in precepto quod ma
dasti in sinagoga populorum
circumdabit te.
Et propter hanc in altum
regredere dominus iudicat
populos.
Iudica me domine secun
dum iusticiam meam et
secundum innocenciam
meam super me.
Consumetur nequicia
peccatorum et diriges iustum
scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum

a domino qui saluos facit
rectos corde.
Deus iudex iustus fortis
et paciens numquid irasci
tur ꝑ singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gla
dium suum uibrauit arcū
suum tetendit et parauit il
lum.
Et in eo parauit uasa
mortis sagittas suas arden
tibus effecit.
Ecce parturiit iniusticiã
concepit dolorem et peperit
iniquitatem

Lacum aperuit et effodit
eum et incidit in foueam
quam fecit.
Conuertetur dolor eius in
caput eius et in verticem ip
sius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino secun
dum iusticiam eius et psal
lam nomini domini altissi
mi. R. Nequando rapiat ut
leo animam meā dum non est
qui redimat neq; qui saluum
faciat. V. A porta inferi. R. Eru
e domine animas eor. Pr nr.
Et ne nos. Lectio prima.

Parce michi domine
nichil enim sunt di
es mei. Quid est homo qui
a magnificas eum aut quid
apponis erga eum cor tuum.
Visitas eum diluculo et su
bito probas illum. usquequo
non parcis michi nec dimit
tis me ut glutiam saliva
meam. Peccavi. Quid fa
ciam tibi o custos hominum.
Quare me posuisti contra
rium tibi. et factus sum mi
metipsi gravis. Cur non
tollis peccatum meum et quia

re non auffers iniquita
tem meam. Ecce nunc in
puluere dormio. et si mane
me quesieris non subsistam.
R. Credo quod redemptor meus
uiuit et in nouissimo die de
terra surrecturus sum. et in car
ne mea uidebo deum saluatorem
meum. V. Quem uisurus sum
ego ipse et non alius. et oculi
mei conspecturi sunt. Et in car
ne mea uidebo deum saluatorem
meum. lectio secunda.

Tedet animam me
am uite mee. Di

mittam aduersum me elo
quium meum, loquar in a
maritudine anime mee. Di
cam deo noli me condemp
nare, Indica michi, Cur me
ita iudices, Numquid tibi bo
num uidetur si calumpnie
ris et opprimas pauperem.
opus manuum tuarum et
consilium impiorum adiu
ues. Numquid oculi carnei
tibi sunt aut sicut uidet ho
mo et tu uides, Numquid
dies hominis dies tui et anni
tui sicut humana sunt te

pora. ut queras iniquitatē meam et peccatum meum scruteris. Et scias quia nichil impium fecerim cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. R. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum. tu eis domine dona requiem et locum indulgencie. V. Qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem. Tu eis dn̄e dona requiem et locum indulgencie. l' tercia.

Manus tue fecerunt me et plasmauerunt

me totum in circuitu et sic
repente precipitas me. Me
mento queso quod sicut lu
tum feceris et in pulverem
reduces me. Nonne sicut
lac mulsisti me et sicut ca
seum me coagulasti. Pelle
et carnib; vestisti me. Ossi
bus et nervis compegisti me
Vitam et misericordiam
tribuisti michi et visitacio
tua custodivit spiritum me
um. ℟. Domine quando ve
neris iudicare terram ubi me
abscondam a vultu ire tue.

Quia peccavi nimis in vita mea.
V. Commissa mea pavesco et an
te erubesco dum veneris iudicare
noli me condempnare. Quia pec
cavi nimis in vita mea. Requiem
eternam dona eis domine. Et lux
perpetua luceat eis. Quia pecca
vi nimis in vita mea. An. In loco.
Dominus regit me
et nichil michi de e
rit in loco pascue ibi me
collocavit.
Super aquam refectio
nis educavit me animam
meam convertit

super inimicos meos.
Circuiui et immolaui in
tabernaculo eius hostiam
uociferationis cantabo et
psalmum dicam domino.
Exaudi domine uocem
meam qua clamaui ad te
miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum ex
quisiuit te facies mea faciē
tuam domine requiram.
Ne auertas faciem tuam
a me ne declines in ira a ser
uo tuo.
Adiutor meus esto dñe

ne derelinquas me neq(ue) despi
cias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et
mater mea dereliquerunt
me dominus autem assumpsit me.
Legem pone michi domi
ne in via tua et dirige me in
semita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in ani
mas tribulancium in me qm̄
alienum insurrexerunt in me
testes iniqui et mentita est
iniquitas sibi.
Credo videre bona domini
in terra viuencium.

Expecta dominum viri
liter et confortetur cor tuum,
et sustine dominum. Ant.
Credo videre bona domini in
terra viventium. V. Collocet
eum dominus. R. Cum prin
cipibus populi sui. Pater noster. Et
nos inducas in temp. Lectio vii.

Responde michi q
tas habeo iniquita
tes et peccata scelera mea ac
delicta ostende michi. Cur
faciem tuam abscondis a
me et arbitraris me inimi
cum tuum. Contra foliu

quod uento rapitur. ostendis
potenciam tuam et stipulam
siccam psequeris. Scribis enim
contra me amaritudines et
consumere me uis peccatis ado
lescencie mee. Posuisti in ner
uo pedem meum et obserua
sti omnes semitas meas. Et
uestigia pedum meorum con
siderasti. Qui quasi putredo
consumendus sum, et quasi
uestimentum meum quod
comeditur a tinea, R. Me
mento mei deus quia uentus e,
uita mea. Nec aspiciet me uis9

Deduxit me sup semitas
iusticie ꝑpter nomen suum.
Nam et si ambulauero
in medio umbre mortis nō
timebo mala quoniam tu
mecum es.
Uirga tua et baculus
tuus ipā me consolata sūt.
Parasti in conspectu me
o mensam aduersus eos
qui tribulant me.
Impinguasti in oleo ca
put meum et calix meus ī
ebrians quam preclarus ē.
Et misericordia tua sub

sequetur me omnibus diebz
uite mee.
Ut inhabitem in domo
domini in longitudinem di
erum. an. In loco pascue ibi me
collocauit. an. Delicta. psalm9
Ad te domine leuaui
animã meam deus
meus in te confido non eru
bescam.
Neqz irrideant me inimi
ci mei et enim uniuersi qui
te sustinent non confundent.
Confundantur omnes ini
qua agentes supuacue.

Vias tuas domine demo
stra michi et semitas tuas e
doce me.
Dirige me in veritate tua
et doce me quia tu es deus sal
vator meus et te sustinui to
ta die.
Reminiscere miseratio
num tuarum domine et mi
sericordiarum tuarum que
a seculo sunt.
Delicta iuventutis mee
et ignorancias meas ne me
mineris.
Secundum misericordiam tuam

memento mei tu propter bo
nitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus
propter legem dabit delinquen
tibus in via.
Diriget mansuetos in iu
dicio docebit mites vias suas.
Universe domini vie mi
sericordia et veritas requiren
tibus testamentum eius et
testimonia eius.
Propter nomen tuum
domine propiciaberis pecca
to meo multum est enim.
Quis est homo qui ti

met dominum legem statu
it ei in uia quam elegit.
Anima eius in bonis de
morabitur et semen eius he
reditabit terram.
Firmamentum est dns
timentibus eum et testame
tum ipsius ut manifestetur.
Oculi mei semper ad illis.
dominum quoniam ipse
euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere
mei quia unicus et paup
sum ego.
Tribulationes cordis

mei multiplicate sunt de nec
cessitatibz meis eruе me.
Vide humilitatem meã
et laborem meum et dimit
te vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos
quoniam multiplicati sunt
et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam
et erue me non erubescam
quoniam speraui in te.
Innocentes et recti adhe
serunt michi quia sustinui.
Libera deus israhel ex te.
omnibus tribulacionibus

146

suis. Ant. Delicta iuuentutis mee et ignorancias meas ne me mineris domine. An. Credo uidere

Dominus illuminacio mea et salus mea quem timebo.

Dominus protector uite mee a quo trepidabo.

Dum appropiant super nocentes ut edant carnes meas,

Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra non timebit cor

meum.
Unam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in
domo domini omnibus die
bus vite mee.
Si exurgat adversum me
prelium in hoc ego sperabo.
Ut videam voluntatem
domini et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo in die
malorum protexit me, in ab
scondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me et
nunc exaltavit caput meum

hominis. ℣. De profundis cla-
maui ad te dñe domine exaudi
uocem meam. Nec aspiciat
me uisus hominis. lectio. v̄.
Homo natus de mu-
liere breui uiuens tē-
pore repletur multis miserijs.
Qui quasi flos egreditur
et conteritur et fugit uelut
umbra et numq̄ in eodem
statu p̄manet. Et dignum
ducis super huiuscemodi ape-
rire oculos tuos et adducere
eum tecum in iudicio. Q̄s
potest facere mundum de

immundo conceptum semine.
Nonne tu qui solus es. bre
ues dies hominis sunt nu
merus mensium apud te
est. Constituisti terminos
eius qui preteriri non pote
runt. Recede paululum ab
eo ut quiescat donec opta
ta ueniat. et sicut mercen
narij dies eius. R. Heu m̃
domine quia peccaui nimis in ui
ta mea quid faciam miser vbi fu
giam nisi ad te deus meus misere
re mei. Dum ueneris in nouissi
mo die. V. Anima mea turbata

est ualde sed tu domine succurre
ei. Dum ueneris in nouissimo
Quis michi lc. vij. die.
hoc tribuat ut in in
ferno protegas me et abscondas
me donec pertranseat furor tu
us. Et constituas michi tempus
in quo recorderis mei. Putas
ne mortuus homo rursum vi
uet. Cunctis diebus quibus
nunc milito. expecto donec
ueniat immutacio mea. Voca
bis me et ego respondebo tibi
Operi manuum tuarum
porriges dexteram. Tu quidem

gressus meos dinumerasti
sed parce peccatis meis. R.
Ne recorderis peccata mea domine.
Dum veneris iudicare seculum
per ignem. V. Dirige domine deus
meus in conspectu tuo viam
meam. Dum veneris iudicare
seculum per ignem. Requiem eter-
nam dona eis domine. Et lux
perpetua luceat eis. Dum vene-
ris iudicare seculum per ignem.
Ant. Complaceat tibi domine. Ps.
Expectans expectavi
dominum et inten-
dit michi.

Et exaudiuit preces meas
et eduxit me de lacu miserie
et de luto fecis.
Et statuit supra petram
gressus meos et direxit gres
sus meos.
Et immisit in os meum ca
nticum nouum carmē deo nr̄o.
Uidebunt multi et time
bunt et sperabunt in dño.
Beatus uir cuius est no
men domini et non respexit
in uanitates et insanias fal
Multa fecisti tu dñe sas.
mirabilia tua et cogitatio

nibus tuis non est quis si
milis sit tibi.
Annunciaui et locutus
sum multiplicati sunt sup
numerum.
Sacrificium et oblacione
noluisti aures autem per
fecisti michi.
Holocaustum et pro pecca
no postulasti tūc dixi ecce uenio.
In capite libri scriptum
est de me ut facerem uolun
tatem tuam deus meus uo
lui et legem tuam in medi
o cordis mei.

Annunciaui iusticiam
tuam in ecclesia magna ecce
labia mea prohibebo domine
tu scisti.
Iusticiam non abscondi
in corde meo ueritatem tuam
et salutare tuum dixi.
Non abscondi misericor
diam tuam et ueritatem tuam
a consilio multo
Tu autem domine ne lon
ge facias miseraciones tuas
a me misericordia tua et ue
ritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt

me mala quoꝝ non ē nu
merus comprehenderunt me
iniquitates mee et non po
tui ut uiderem.
Multiplicate sunt super
capillos capitis mei et cor
meum dereliquit me.
Complaceat tibi domi
ne ut eruas me domine ad
adiuuandum me respice.
Confundantur et reuere
antur simul qui querunt a
nimam meā ut auferāt eam.
Auertantur retrorsum et
reuereantur qui uolunt michi

mala

Ferant confestim confusi
one suã qui dicunt m̃ euge euge.
Exultent et letentur sup
te omnes querentes te et dicant
semp magnificetur dominus
qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus
sum et pauper et dominus
sollicitus est mei.
Adiutor meus tu es deus
meus ne tardaueris. antiphõ
Complaceat tibi domine ut eru
as me domine ad adiuuandũ
me respice. Añ. Sana domine. ps.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberavit eum dominus.

Dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciet eum in terra et non tradat eũ in aĩam inimicor eius.

Dominus opem ferat illi sup lectum doloris eius universum stratum versasti in infirmitate eius.

Ego dixi domine miserere mei sana animam meã quia peccavit tibi.

Inimici mei dixerunt
mala michi quando mori
etur et peribit nomen eius.
Et si ingrediebatur foras
ut videret vana loquebatur
cor eius congregavit iniqui
tatem sibi.
Egrediebatur foras et lo
quebatur in id ipsum.
Adversum me susurra
bant omnes inimici mei ad
versum me cogitabant ma
la michi.
Verbum iniquum con
stituerunt adversum me

numquid qui dormit non
adiciat ut resurgat.
Et enim homo pacis mee
in quo speravi qui edebat pa
nes meos magnificavit sup
me supplantacionem.
Tu autem domine mise
rere mei et resuscita me et re
tribuam eis.
In hoc cognovi quoniam
voluisti me quoniam non gaude
bit inimicus meus sup me.
Me autem propter inno
cenciam suscepisti et confir
masti me in conspectu tuo

in eternum.
Benedictus dominus deus
israhel a seculo et in seculum fi
at fiat. Ant. Sana domine animam
meam quia peccavi tibi. Ps. Sicut.
Quemadmodum desi
derat cervus ad fontes
aquarum ita desiderat anima
mea ad te deus.
Sitivit anima mea ad deum
fontem vivum quando veni
am et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur
michi cotidie ubi est deus tuus.

Hec recordatus sum et effu
di in me animam meā qm̄ trā
sibo in locum tabernaculi admi
rabilis usqȝ ad domum dei.
In voce exultationis et cō
fessionis sonus epulantis.
Quare tristis est anima me
a et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam ad
huc confitebor illi salutare
vultus mei et deus meus.
Ad me ipsum anima
mea conturbata est ꝓpterea
memor ero tui de terra iorda
nis et hermonim a monte

modico,
Abissus abissum inuo
cat in uoce catharactarū tuarū.
Omnia excelsa tua et fluc
tus tui sup me transierunt.
In die mandauit domin⁹
misericordiam suam et noc
te canticum eius.
Apud me oratio deo uite
mee dicam deo meo susceptor
meus est.
Quare oblitus est mei et
quare contristatus incedo dū
affligit me inimicus.
Dum confringuntur ossa

mea exprobrauerunt michi qui
tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi p̄ singu
los dies ubi est deus tuus qua
re tristis es anima mea et qua
re conturbas me.
Spa in deo quoniam adhuc
confitebor illi salutare vultus
mei et deus meus. Añ. Siti
uit anima mea ad deum fontem
viuum quando ueniam et appare
bo ante faciem dei. ℣. Ne tradas
bestijs aĩas confitenciũ tibi. ℟. Et
aĩas paupiũ tuorum ne obliuiscaris
in finem. Pr̃ nr̃. Et ne nos. lc. vij.

Spiritus meus atten
nabitur dies mei bre
uiabuntur. Solum michi
superest sepulchrum. Non pec
caui. Et in amaritudinibus
moratur oculus meus. libera
me domine et pone me iuxta
te. Et cuiusuis manus pug
net contra me. Dies mei trā
sierunt cogitationes mee dis
sipate sunt torquentes cor
meum. Noctem uerterunt in
diem. Et rursum post tene
bras spero lucem. Si sustinue
ro infernus domus mea est.

Et in tenebris straui lectulũ
meum. Putredini dixi, pater
meus es, mater mea et soror
mea uermibz. Ubi est ergo
nunc prestolacio mea et pacie
cia mea. tu es domine deus me⁹.
℟. Peccantem me cotidie et nõ
me penitentem timor mortis con
turbat me, Quia in inferno nulla ē
redempcio, miserere mei deus et salua
me. ℣. Deus in nomine tuo saluũ
me fac domine et in uirtute tua
libera me. Quia in inferno nulla
est redempcio miserere mei deus et
salua me. Leccio octaua.

Pelli mee consumptis
carnibus meis adhesit
os meum et derelicta sunt tantu-
modo labia circa dentes meos.
Miseremini mei miseremini
mei saltem vos amici mei quia
manus domini tetigit me.
Quare ergo persequimini me
sicut deus et carnibus meis sa-
turamini. Quis michi hoc tri-
buat ut scribantur sermones
mei. Quis michi det ut exa-
rentur in libro stillo ferreo
aut plumbi lamina vel cel-
te sculpantur in silice. Scio

enim quod redemptor meus
vivit. Et in novissimo die
de terra surrecturus sum. Et
rursum circumdabor pelle me
a. Et in carne mea videbo de
um salvatorem meum. Quem
visurus sum ego et oculi mei
conspecturi sunt et non alius.
Reposita est hec spes mea in
sinu meo. ℟. Domine secun
dum iudicium meum noli me iudi
care nichil dignum in conspectu
tuo egi. Ideo deprecor maiestatem
tuam ut tu deus deleas iniquita
tem meam. ℣. Amplius lava

me ab iniusticia mea et a delicto
meo munda me. Ideo deprecor ma
iestatem tuam ut tu deleas iniqui
tatem meam. Lectio nona.
Quare de uulua eduxisti
me qui utinam con
sumptus essem ne oculus meꝰ
uideret. Fuissem quasi qui no
essem de utero translatus ad
tumulum. Nunquid non
paucitas dierum meorum fi
nietur breui. Dimitte ergo
me domine ut plangã pau
lulum dolorem meum ante
q̃ uadam et non reuertar ad

terram tenebrosam et opertam mortis caligine terram miserie et tenebrarum. Ubi umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitans. ℟.
Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi movendi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculum per ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando celi movendi sunt et terra. ℣.
Plangent se super se omnes tribus terre. Vix iustus salvabitur et ego ubi apparebo. Dum veneris iudica

re seculum per ignem. ℣. Quid
ergo miserrimus quid dicam aut
quid faciam. Dum nil boni perfera
ante tantum iudicem. Iudicare
seculum per ignem. ℣. Nunc xpe
te deprecor miserere peto qui veni
sti mundum redimere perpetim ve
ni salvare. Seculum per ignem.
Requiem eternam dona eis dne
et lux perpetua luceat eis. Dum
veneris iudicare seculum per igne.
In laudibz. an. Exultabunt.
Miserere mei deus se
cundum magnam
misericordiam tuam.

Et secundum multitudi
nem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab ini
quitate mea et a peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et peccatū
meū contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malū
coram te feci ut iustificeris in
sermonibꝫ tuis et vincas cum
iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibꝫ
conceptus sum et in peccatis

concepit me mater mea.
Ecce enim in ueritatem di
lexisti incerta et occulta sapie
tie tue manifestasti michi.
Asperges me domine ysopo
et mundabor lauabis me et su
per niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gau
dium et leticiam et exultabunt
ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a pec
catis meis et omnes iniquita
tes meas dele.
Cor mundum crea in me
deus spiritum rectum in no

ua in uisceribus meis.
Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.
Redde michi leticiam salu
taris tui et spiritu principali
confirma me.
Docebo iniquos uias tuas
et impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee et exulta
bit lingua mea iusticiam tuã
Domine labia mea aperies
et os meum annunciabit lau
dem tuam.

Quoniam si uoluisses sa
crificium dedissem utiq; holo
caustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus
contribulatus cor contritum
et humiliatū deus nō despicies
Benigne fac domine in bo
in bona uoluntate tua syon ut
edificentur muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū
iusticie oblaciones et holocau
sta tunc imponent sup altare
tuum uitulos. A. Exultabunt
domino ossa humiliata. Anthī.
Exaudi domine. psalmus dd.

Te decet hẏmpnus
deus in sẏon et tibi
reddetur votū in ierusalem.
Exaudi deus oracionem
meam ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualue
runt sup̄ nos et impietatib;
nostris tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti et as
sumpsisti inhabitabit in a
triis tuis.
Replebimur in bonis do
mus tue sanctum est tēplum
tuū mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutarꝭ

noster spes oīm finiū terre;
et in mari longe.
Preparans montes in
virtute tua accinctus poten
tia qui conturbas profundū
maris sonū fluctuū eius.
Turbabuntur gentes et
timebunt qui habitant ter
minos terre a signis tuis exitū
matutini et vespere delectabis
Visitasti terram et inebri
asti eam multiplicasti lo
cupletare eam.
Flumen dei repletum est
aquis parasti cibum illorū

qm̄ ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians
multiplica genimina eius
in stillicidiis eius letabitur
germinans.
Benedices corone anni
benignitatis tue et campi
tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa de
serti et exultacione colles
accingentur.
Induti sunt arietes oui
um valles habundabunt
frumento et enim hymnū
dicent. Ant. Exaudi domine

onem meā ad te omnis caro ue
niāt. Anť. Me suscepit. psalm9.
DEus deus meus
ad te de luce uigilo.
Sitiuit in te anima mea
quā multiplicit9 tibi caro mea.
In terra deserta in uia +
inagosa sic in sancto apparui
tibi ut uiderem uirtutem tuā
et gloriam tuam.
Quoniam melior est mi
sericordia tua super uitas la
bia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in uita
mea et in nomine tuo leuabo

manus meas.
Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea et la
biis exultacionis laudabit
os meum.
Sic memor fui tui super
stratum meum in matutinis
meditabor in te quia fuisti ad
iutor meus.
Et in uelamento alarū
tuarum exultabo adhesit a
nima mea post te me susce
pit dextera tua.
Ipsi uero in uano quesie
runt animam meā introibunt

in inferiora terre tradentur i
manu gladii partes vulpi
um erunt.
Rex vero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iu
rant in eo quia obstructum
est os loquencium iniqua.
Deus misereatur nostri
et benedicat nobis illuminet
vultum suum super nos et
misereatur nostri.
Ut cognoscamus in ter
ra viam tuam in omnib;
gentib; salutare tuum.
Confiteantur tibi ppli

deus confiteantur tibi popu
li omnes.
Letentur et exultent gen
tes quoniam iudicas populos
in equitate et gentes in terra
dirigis.
Confiteantur tibi populi
deus confiteantur tibi populi
omnes terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus
noster benedicat nos deus et
metuant eum omnes fines
terre. An. Me suscepit dextera tua
domine. Antip. A porta inferi. ps
Ego dixi in dimidio dierum

meorū uadā ad portas inferi.
Quesiui residuum annoꝝ
meorum dixi non uidebo do
minū in terra uiuencium.
Non aspiciam hominem
ultra et habitatorem quietis
Generacio mea ablata ē
et conuoluta est a me quasi
tabernaculum pastorum.
Precisa est uelud a texen
te uita mea dum ad huc or
direr succidit me.
De mane usqꝫ ad uesperā
finies me sperabam usqꝫ ad
mane quasi leo sic contriuit

omnia ossa mea.
De mane usque ad uespe-
ram finies me sicut pullus hyrun-
dinis sic clamabo meditabor
ut columba.
Attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelso.
Domine uim patior respon-
de pro me quid dicam aut
quid respondebit michi cum
ipse fecerim.
Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudi-
tudine anime mee.
Domine si sic uiuitur

et in talib; vita spiritus mei
corripies me et viuificabis
me ecce in pace amaritudo
mea amarissima
Tu autem eruisti animã
meam ut non periret proieci
sti post tergum tuum omni
a peccata mea.
Quia non infernus con
fitebitur tibi neq; mors lauda
bit te non expectabunt qui
descendunt in lacum verita
tem tuam
Viuens viuens ipse con
fitebitur tibi sicut et ego ho

filijs notam faciam volu
tatem tuam.
Domine saluum me fac
et psalmos nostros canta
bimus cunctis dieb; vite no
stre in domo domini. antiph.
A porta inferi, erue domine ani
mas eorum. an. Omnis spiritus. p.
Laudate dominum
de celis laudate eum
in excelsis.
Laudate eum omnes a
geli eius laudate eum om
nes virtutes eius.
Laudate eum sol & luna

laudate eum omnes stelle
et lumen.
Laudate eum celi celorum
et aque que super celos sunt
laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta
sunt ipse mandauit et crea
ta sunt.
Statuit ea in eternum
et in seculum seculi preceptum
posuit et non preteribit.
Laudate dominum de ter
ra dracones et omnes abissi.
Ignis grando nix glacies
spiritus procellarum que faci

unt verbum eius.
Montes et omnes colles
ligna fructifera et oīs cedri
Bestie et universa peco
ra serpentes + volucres pēnate.
Reges terre et omnes po
puli principes et omnes iu
dices terre.
Iuvenes et virgines se
nes cum iunioribus laudent
nomen domini quia exalta
tum est nomen eius solius.
Confessio eius sup celū
et terram et exaltavit cornu
populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius filiis israel populo appropinquanti sibi.

Cantate domino canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum.

Letetur israhel in eo qui fecit eum et filie syon exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro in timpano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo et exultabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in
gloria letabuntur in cubili
bus suis.
Exultaciones dei in gut
ture eorum et gladii ancipi
tes in manibus eorum
Ad faciendam vindicta
in nacionib; increpaciones
in populis.
Ad alligandos reges eo
rum in compedibus et nobiles
eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudiciu
conscriptum gloria hec est o
mnibus sanctis eius.

Laudate dominum in
sanctis eius laudate eum in
firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtu
tibus eius secundum multi
tudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono
tube laudate eum in psalte
rio et cithara.
Laudate eum in tympa
no et choro laudate eum in
cordis et organo.
Laudate eum in cimba
lis benesonantibus laudate eum
in cimbalis iubilacionis omnis

spiritus laudet dominum. A.
Omnis spiritus laudet dnm. V.
Audivi vocem de celo dicentē m
R. Scribe beati mortui qui in domi
no moriuntur. A. Ego sum. Ps.
Benedictus dominus
deus israhel quia vi
sitavit et fecit redemptionem
plebis sue.
Et erexit cornu salutis no
bis in domo david pueri sui.
Sicut locutus est per os sctorum
qui a seculo sunt prophetarū eius
Salutem ex inimicis no
stris et de manu omnium

qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam
cum patribus nostris et me
morari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iura
vit ad abraham patrem no
strum daturum se nobis.
Ut sine timore de manu
inimicorum nostrorum libe
rati serviamus illi.
In sanctitate et iusticia co
ram ipso omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi
vocaberis preibis enim ante fa
ciem domini parare vias eius.

Ad dandam scienciam sa
lutis plebi eius in remissione
peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei
nostri in quibus visitauit
nos oriens ex alto.
Illuminare hiis qui in te
nebris et umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis. A. Ego sum re
surrectio et vita qui credit in me e
ciam si mortuus fuerit viuet et omnis
qui viuit et credit in me non moue
tur in eternum. Pater noster.
Et ne nos inducas. psalmus.

De profundis cla p̄.
maui ad te domine
domine exaudi uocē meam.
Fiant aures tue intenden
tes in uocē deprecacionis mee.
Si iniquitates obseruaue
ris domine domine quis susti
nebit.
Quia apud te propiciacio est
et propt legem tuā sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in
uerbo eius sperauit anima me
a in domino.
Quia apud dnm̄ misericordia
et copiosa apud eū redempcio.

Et ipse redimet isrl' ex om
nibus iniquitatibus eius. V. Re
quiem eternam dona eis domine. R. Et
lux perpetua luceat eis. V. A porta
inferi. R. Erue dne animas eorum.
Requiescant in pace. Amen. Dne
exaudi oronem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui inter apo
stolicos sacerdotes
famulos tuos pontificali se
u sacerdotali fecisti dignita
te vigere. presta quesumus
ut eorum quoque perpetuo ag
gregentur consorcio. Per. oro.

Deus venie largi
tor et humane salu
tis auctor quesumus immen
sam clemenciam tuam ut
nostre congregacionis fratres
sorores et benefactores nostros
qui ex hoc seculo transierunt
Beata maria semper virgine
intercedente cum omnibus
sanctis ad perpetue beatitudi
nis consorcium pervenire con
cedas. Oro.

Fidelium
deus omnium con
ditor et redemptor animabus
famulorum famularum

q̄ tuarum remissionem cunc
torum tribue peccatorum
ut indulgenciam quam
semp optauerunt piis sup
plicationib; consequantur.
Qui uiuis et regnas deus p
omnia secula seculorū. Amē.
Requiescant in pace. Amen.

Incipit missa bte marie virgis.

Salve sancta parens: enixa puerpera regē. Qui celum terramque regit in secula seculoꝝ. ℣. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. alla. ℣. Gloria pr̄i et c. kyriel'. xpel'. kyriel'.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glificamus te. gratiā

agimus tibi propter magnā gloriaȝ tuā. Dn̄e deus rex celestis deus pater oīpotens. Dn̄e fili unigenite iesu xp̄e. Dn̄e deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccā mundi suscipe deprecationē nostraȝ. Qui sedes ad dexterā patris miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Tu solus domin⁹. Tu solus altissimus iesu xp̄e. Cum sc̄o sp̄u in glīa dei p̄ris. amē.

Oīo. Omnipotens... Deus nos famulos tuos quesumus dn̄e

deus perpetua mentis et corporis
sanitate gaudere: et gloriosa bea
te marie uirginis intercessione
a presenti liberari tristitia: et eter
na perfrui letitia. P. Lco lib sapie.
Ab inicio et ante secula
creata sum. et usque ad futu
rum seculum non desinam: et in ha
bitatione sancta coram ipso mi
nistraui. Et sic in syon firmata
sum. et in ciuitate sanctificata simi
liter requieui. et in ierusalem po
testas mea: et radicaui in popu
lo honorificato et in partes dei
mei hereditas illius: et in ple

nitudine scor detentio mea. Re.

Benedicta et venerabilis es vir-
go maria que sine tactu pudoris in-
uenta es mater saluatoris. V. Vir-
go dei genitrix quē totus nō capit
orbis. In tua se clausit uiscera fac-
tus homo. All'a. V. Post partum
uirgo inuiolata permansisti dei ge-
nitrix intercede pro nobis. Sedm
In illo tpre. Loquē lucā.
te iesu ad turbas. extollēs
uocem quedam mulier de tur-
ba dixit illi. Beatus uenter
qui te portauit et ubera que su-
xisti: at ille dixit. Quinimo

beati qui audiunt uerbum dei
et custodiunt illud.
Credo in unum deum.
Patrē omnipotentē fac
torem celi et terre uisibiliū om
niū et inuisibiliū. Et in unū
dñm iesū xp̄m filiū dei uni
genitum. Et ex patre natum
ante omnia secula. Deum de
deo lumen de lumine. deū ue
rum de deo uero. Genitū non
factū cōsubstantialē patri per
quē omnia facta sunt. Qui
propter homines et pp̄ter no
stram salutē descendit de celis.

Et incarnatus est de spu sco
ex maria uirgine et homo fac
tus est. Crucifixus etiaz pro
nobis sub pontio pilato pass9
et sepultus est. Et resurrexit
tertia die secunduz scripturas.
Et ascendit in celum sedet ad
dexterā patris. Et iterū uentu
rus est cum gloria iudicare ui
uos et mortuos: cuius regni nō
erit finis. Et in spiritum scm
dnm et uiuificantē: qui ex pa
tre filioqz procedit. Qui cum
patre et filio simul adoratur. et
conglorificatur: qui locutus est

per prophetas. Et unaȝ sanctã catholicam et apostolicaȝ eccle siam. Confiteor unum baptis ma in remissionẽ peccator. Et expecto resurrectionẽ mortuo ruȝ. Et uitam uenturi seculi Amen. Off. Felix namqȝ es sacra uirgo maria et omni lau de dignissima. quia ex te ortus est sol iustitie xps deus noster. Prefatio. Per omnia secula seculor. ℟. Amen. ℣. Dñs nobis cum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias agamus

dn̄o deo nostro. ℟. Dignum
et iustum est. Vere dignū et
iustum est equū et salutare nos
tibi semper et ubiq; gratias age
re dn̄e sancte pater omnipotēs
eterne deus. Et te in honore
beate marie semper uirginis
collaudare benedicere et pre
dicare. que et unigenitū tuū
sancti spiritus obumbratione
concepit et uirginitatis tue
gloria permanente lumen eter
num mundo effudit ihm xp̄m
dnm nostrum. Per quem ma
iestatem tuam laudant angeli

adorant dñationes tremuit po
testates: celorumque uirtutes ac bea
ta seraphyn socia exultatione
concelebrant. cum quibus et no
stras uoces ut admitti iubeas
deprecamur supplici confessione
dicentes. Sanctus sanctus
sanctus dñs deus sabbaoth. r
Pleni sunt celi et terra gloria tua
osanna in excelsis. Benedictus
qui uenit in nomine dñi osan
na in excelsis. Agnus dei qui
tollis peccata mundi miserere
nobis. Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere nobis.

gnus dei qui tollis peccata
mundi dona nobis pacē. Co.
Beata uiscera marie uirginis que
que portauerunt eterni patris filiū.
Sumptis Oremus. Post co.
dñe salutis nostre subsi
diis da quesumus beate marie
uirginis patrociniis nos ubiqꝫ
protegi in cuius ueneratione
hec tue obtulimus maiestati.
Per dñm nrm̄. ℣. Benedica
mus dño. ℟. Deo grās. Initi
um sc̄i euangelii sc̄dm̄ iohēm.
In principio erat uer
bum et uerbum erat apd

deum et deus erat uerbum. hoc
erat in principio apud deum.
omnia per ip̄m facta sunt et si
ne ip̄o factum est nichil: quod
factū est in ip̄o uita erat et ui
ta erat lux hominū et lux in te
nebris lucet. et tenebre eā nō
comprehenderunt. fuit homo
missus a deo cui nomen erat
iohannes. hic uenit in testimo
nium ut testimoniū perhiberet
de lumine: ut omnes crederēt
per illum. non erat ille lux. sed
ut testimoniū perhiberet de lu
mine erat lux uera que illumi

nat omnē hominē uenientē in
hunc mundū. in mundo erat. et
mundus per ip̄m factus est. et
mundus eū nō cognouit. in p
pria uenit et sui eum nō recepe
runt. quot quot autem rece
perunt eū dedit eis potestatē
filios dei fieri his qui credunt
in nomine eius qui nō ex san
guinibus neq; ex uoluntate
carnis. neq; ex uoluntate uiri.
sed ex deo nati sunt. Et uerbū
caro factū est et habitauit in no
bis. et uidimus gliā eius gliā
quasi unigeniti a prē plenum

178 180

gratie et veritatis.

Deo gratias Amen.

icccccxii

Fle, si solari, ieiuna, si saturari,
Da, si ditari, serui, si uis dominari.

Weep, if you wish to console, fast if you wish to be satisfied
Give, if you wish to be wealthy, serve, if you wish to rule

a

Samuel Tolfrey.

1869.

This Book came I believe
from the library of
abeille - avocat au Parlement
de Bretagne -
see Bibliophile - tome 2
page 172

Les volumes de ce Bibliophile
portaient tous une abeille
d'or sur le dos entre chaque
nervure.

Verzeichniß der Gemälde

1 Der heilige Apostel Joannes
2 — — — — Lucas
3 — — — — Matheus
4 — — — — Marcus
5 Jesus und Maria mit 2 Engeln
6 das Herzensbild
7 der englische Gruß
8 Mariae Heimsuchung
9 Geburt Christi
9 Die Verkündigung d. Geburt Christi
10
11 die Beschneidung
12 die Flucht in Egypten
13 Maria am Throne d. Schöpfers
14 Christus am Kreuze
15 Maria kniet vor den Aposteln z. beten
16 das Lamm
17 Ritter schwer verhalten



